



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

3. Septembris. 3. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

aninus habeo in me. O dulcissima
 reconciliatio! ô satisfactio suavissima!
 & verè reconciliatio facilis, sed peru-
 tilis; satisfactio parva, sed non par-
 vipendenda! Etenim quàm facilis
 modò, tam difficilis erit postea. Et si-
 cur modò nemo est, qui reconciliari
 non possit, ita post paululum nemo, qui
 possit.

Recon.
 ciliatio
 nostra
 Chri-
 stris est.



3. Septembris. 3. Nonas.

B HENRICE, Trecensis Episcopo:
 qui illustre illud cœli Austriaci si-
 dus Ottonem, unà cum aliis quindecim
 è prima Germanorum nobilitate
 juvenibus Parisios comitatus, in redi-
 tu Morimundense monasterium invi-
 sisti; & cum sociis, sese mutuò adhor-
 tantibus, mundo mortuus, Religioni
 sanctiùs vivere cœpisti. Veluti autem
 reliqui omnes ad Ecclesiasticas digni-
 tates promoti sunt; ita & te Villarium
 Metense primum Abbatem, deinde ul-
 tra viginti annos Urbs Trecensis Anti-
 stitem venerabatur. Sed texerunt ni-
 mirum, non exuerunt animum ac ve-
 stem Cisterciensem Pontificia corpo-
 ris ornamenta: quod etiam post fata
 testatum

Obijt
 anno
 1169.

testatum esse voluisti, delecto in sepulchrum monasterio Bulencuriz, à te olim monachis de Claravalle accersitis impleto. *Fac, ut animus meus cum exteriori veste concordet: est enim turpissimum mendacij genus, aliter vestiri, aliter vivere.*


Floruit B. EUPHEMIA, monasterii Hovenensis in Flandria monialis: quæ *anno* 1219. propè adhuc infans insidiantem calcaneo tuo serpentem antiquum, post quotidianas victorias, vix denique in senectutis crepusculo penitus contrivisti. *Ade-* A spectris tibi passim occurrentibus *mone* quesitura quietem, caput virgineo *varijs* Cisterciensium velo obnubilare decre- *modis* veras: quod consilium cum nequissimus *impu-* histrio sub larva senis frustra dis- *gnatur* suassisset, & reluctantem jamjam è fenestra acturus esset præcipitem; invocato MARIÆ nomine, confusus abscessit. Sociarum postmodum sacris virginibus etiam verbera ingessit, quorum sævitiam aliquando brachii tumor, alias ejectus è pectore cruor prodiderat. *ad me-* His tamen torturis nihil aliud effecit, *ritum.* quàm ut Divini amoris ignem in corde tuo, quasi per ventum contrarium, vehementiùs accenderet, ac plures tibi tolerantia coronas contexeret. *Provo-* *cant me victoria tua ad alacritatem pugnandi*

gnandi contra hostem, absque meo consensu nihil usquam nociturum. Si enim tibi verberum tyrannide auxit victorias, cur ego verbis, quæ sola suggerit, sterni me patiar infirmior feminâ miles?

S. BERNARDUS, ser. de Purific.

Quod frequenter, imò & semper admonere cupio fratres meos, obsecro & nunc: ambulemus non secundum carnem in carne, ne displiceamus Deo. Resistamus diabolo, & fugiet à nobis: ut liberè jam ambulemus in spiritu, & in cælis sit conversatio nostra.

Caro, & diabolus à Deo separant.



4. Septembris. Pridie Nonas.

B. SIMON, olim Abbas Caziaci, sub amictu nigro; ac tandem in cuculla candida Clarævallis alumne. Cujus ut te civem esse juberet Mellifluus Abbas, multis precibus frustrâ rogaveras à superstitite: vaticinio interim illius sustentatus, quo tibi fuerat pollicitus, te sub tectis Clarævallis extremum mortalis exilii certamen subiturum. Mox ergo ut ille cœlites auxit, abjectâ honoris sarcinâ, ad Claramvallem accurristi. Nec te à continuo perducendæ ad altiores gradus sanctimoniz labore

Obijt anno 1161.